pertinet inde ad capitulare Religionem
et ad communem utilitatem congregacionis
Si vero velles sensum tuum hiis prin-
cipalibus oracionibus inponere et negligenter age-
re servicium dei et secundum regulam putas
sic posse deo placere. in hiis secundum
proprias voluntatem neque proficiet hec
bona intencio tua. Quia ingratum est
spiritui sancto si quis mittimus quod tenemur
Scias quia quicquid agis in divino servi-
cio cantando laborando. vigilando
sive in observancia regule in ieiunio
in silencio. in obediencia. hoc totum primo ma-
gis proficiat ad ornatum in hiis et sic pre-
paras sepulcrum domini. Dum vero aliquid
residuum temporis habes tunc potes in
hiis meditari et delectari propter de-
ductionem temporis. Ut semper sis occu-
pata cum domino. Quia ergo ex divina
illuminacione oculis interius vides